UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

ceti non eē uerum, & Alexandrum tenere contrariū
in d.l.uinū, in 2.col.per tex.in l.celſus, in fi.cum l.ſe-
quē.ff.de arbitris.ubi caſus. Præterea quando credi-
tor fuiſſet per oblationem, & depoſitionem in mora
conſtitutus, iuxta l. ſi ſoluturus, & l.qui decem, ff. de
ſolut.& ipſe poſtea extraiudicialiter debitorem inter
pellaſſet, hæc ultima interpellatio nocet, & attendiť,
l.ſi ſeruum, §.ſequitur, ff. de uerb.oblig.d.l.ſi ſolutu-
rus,& d.l.qui decem,cum ſi.Nec obſtat tex. in d.l.ſed
ſi alia,quia loquitur, quando creditor ante lit.conte.
& ante iudicium ab eo inchoatum debitorem non
interpellaſſet, nam tunc reus per litis conteſtationē,
in mora conſtituitur. Vel aliter illi textui reſpōdeas,
ut dicit Alex.in d.l.uinum,in 2.col.Præterea,& ſi di-
ctum Saliceti uerum eēt, tamē pōt in caſu noſtro re-
torqueri, nā poſtquā creditor fuit in mora conſtitu-
tus,ipſe litem mouit contra Oliueriū debitorē,& cū
eo litem fuit conteſtatus, ergo in mora dicitur cōſti-
tutus nō ſolū per interpellationem extraiudicialem,
ſed etiam iudicialem, ueluti dicit etiam Salicetus:&
hæc interpellatio iudicialis, ita conſtituit debitorem
in mora, ꝙ illa mora facit ipſum teneri ad intereſse,
ac etiam ad æſtimationem illius pluris,quo res debi-
ta ualuit,ut in d.l.uinum,& ibi Barto.Reſpondeo ēt,
ꝙ in caſu noſtro per interpellationem, & oblationē
ab Andrea tutore nomine ſui pupilli Franciſco cre-
ditori factam,ipſe Franciſcus non fuit in mora cōſti-
tutus,quia illa oblatio non fuit facta legitimè, & eo
modo,quo fieri debuit,nā ſolū obtulit corbes uigin-
ti,& debebanť ugīti tres ſm mēſurā maiorē,uel uigin
tiquīq; ſm mēſurā minorē,ergo oblatio hmōi nō po
tuit creditorē in mora cōſtituere,argumēto,d.l.ſi ſo-
luturus, & eſt tex.in l.ſi obſignationem, ibiq; glo.&
docto. C. de ſolut. & optimè probatur in d.l.ſed & ſi
alia ibi nec ulla iuſta cā fuit non accipiendi.Non ob-
ſtant ea,quæ uolunt Alex.Bart. & alij ab Alex.relati,
in d.l.mora,quia ipſi loquūtur, quādo creditor prius
fuiſſet in mora conſtitutus per oblationem fideiuſſo
ris, nam tunc creditor interpellādo poſtea debitorē
non conſtituit fideiuſſorem in mora,quamuis regu-
lariter mora debitoris noceat fideiuſſori,ut ibi, & ul-
tima mora nocere ſoleat. Sed quando reus principa-
lis creditorem in mora,per oblationem cōſtituiſſet,
ipſe creditor poſtea debitorem etiam extraiudiciali-
ter interpellando poteſt illum in mora conſtituere,
quia ultima mora nocet, ut probatur in d.l. ſi ſeruū,
§.ſequitur,& in l.interdum,in fi.ff.de uerb.obl.& l.il-
lud,ff. de pericu. & commo. rei uend. cū ſi.& ita etiā
ſentiunt Alex.& alij,in d.l.mora: & hic eſt caſus no-
13 ſter.¶Non obſtat etiam,quod ſupra dictū fuit,† mo-
ram,ſeu culpam tutoris nocere pupillo quoad interi
tum rei,ut ipſe pupillus de periculo interitus teneať,
nō tamen quo ad augendam obligationem,quia re-
ſpondetur ad hoc,pro ut ſupra dictum fuit:nam opi-
nio contraria in hoc eſt uerior,quam ultra Alexā in
d.l.ſi ex legati cā, ſupra comprobaui, per tex.in d.l.q
ſolidum,§.etiam,cū ſi.ſupra allegatis.Nec obſtat, ꝙ
14 † mora tutoris nō debet nocere pupillo,quādo ex ea
nihil ad pupillum peruenit,qm̄ reſpondetur hoc eſſe
falſum,ut probatur in d.l.ſi ex legati cā,& ibi Bart. &
omnes,& in l.1.ff.quando ex fac.tut.& in l.ſi dolo,ff.
ſi quis omiſ.cau.teſta. fateor quidem, ꝙ pupillus po-
ſtea regreſſum habebit contra tutorem finita tutela,
ut habetur in locis proximè allegatis, & per Bar.in l.
fi.ff.de admi.tuto.& ſic in effectu ipſe tutor ex dolo,
& mora ſua tenebitur, & non pupillus,quia pupillus,
uel conſequetur à tutore finita tutela id, quod ratio-
ne moræ ſoluet,uel cedendo actionem contra tutorē
liberabitur,ad tradita per Bart. in locis ſupra allega-
tis.¶Non obſtat ultimum, ꝙ pupillus ratione moræ
in caſu noſtro non tenebitur, niſi quanti ual...
mentum uſq; ad ſententiam,& nō ultra,quia ...
15 detur, ꝙ † quando unum uenit,& petitur iur...
tionis,& actionis,& æſtimatio officio iudicis ...
matio poteſt creſcere nō ſolum uſq; ad ſent...
ſed etiam uſq; ad exequutionem, & ſi contin...
creſcere poſt ſentētiam, debebitur illa æſtim...
quæ maior erit uſq; ad actualem exequution...
tentiæ,ut eſt tex.in l.in fideicom.in prin.ff.de ...
hoc uoluit Bar.in l.3.§.in hac,in 5.col.uerſi.qu...
di,ff.commoda.ad quem ſuper hoc ſe remitt...
in d.l.uinum,in ulti.col. ibi an āt poſt ſentētiam
Sed in terminis noſtris uinum, & frumentum ...
obligatione,& per actionem petūtur, æſtimat...
& intereſſe uenit officio iudicis, ut eſt text.in ...
num,ibiq; Bar.Alex. & alij,ergo &c. ¶Intell...
opponi de nouatione facta inter Franciſcum ...
rem, & magiſtrum Gallum fideiuſſorem,& ...
colaus debitor,& ſucceſſiue Oliuerius eius fi...
rint liberati, & allegatur quoddam inſtrume...
hoc factum,quod mihi non fuit exhibitū, ſed ...
uidi quoddam inſtrumentum inter magiſtru...
lū,& Franciſcū factū de anno 1530.die 17.O...
16 Poſſet tamen reſponderi primo † non fuiſſe ...
uationem,ex quo hoc non fuit expreſsè di...
ſeruū,§.fi.ff.de uerb.obl.& l.fi. C. de nou...
17 ꝙ † licet per pactum,& conuentionem fa...
uorem debitoris ſuccurratur fideiuſſori,n...
ecōtra pactū,ſeu conuentio facta ad fauorē ...
ris dicitur ipſi debitori principali prodeſſe,u...
iuſſoris,& in l.idem in duobus, §.quamuis,fi...
& facit in ſimili,tex.in d.l.mora,& in d.l.ſi...
§.nunc uideamus,ff.de uerb.obl. Sed qm̄ dict...
mentum non uidi, ulterius ſuper hoc non in...
lud etiam, quod factum fuit in dicto inſtrume...
fecto de anno 1530. die 17. Octobris,parum, ...
nihil obſtat dicto Franciſco, quia, ut ex eius ...
apparet,intentio Franciſci fuit abſoluere, & ...
ſolū dictum magiſtrū Gallum à fideiuſſione ...
Nicolao patre Oliuerij pupilli de ſumma pdict...
bium uiginti quinq;, ergo hæc liberatio nō p...
ipſi debitori principali, nec hæredibus ſuis,per ...
d.l.fideiuſſori, & in d.§.quamuis, ibiq; gl.Bar.&...
Præterea quando clarè,& expreſsè conſtat,cr...
uoluiſſe,per pactum factū ad fauorē fideiuſſo...
debitori prodeſſe,ſtatur claro,& expreſſo,ſi ...
biū ſit,tūc non prodeſt debitori,ut in iurib...
tis,ergo qn̄ clarè,& expreſsè cōſtat illud, ꝙ ...
fuit ad fauorem fideiuſſoris, non debere e...
fauorem debitoris,ſtādum eſt huic claræ di...
debitori non proſit,ut habetur,& colligitur ...
deiuſſori,cū ibi not.Sed in dicto inſtrō dr̄, ꝙ ...
ſcus abſoluit magiſtrū Gallū fideiuſſorē Nic...
obligatione,& fideiuſſione quantitatis dicti ...
ti,reſeruato tamen ſibi iure contra hæredes N...
principalis debitoris pro credito ſuo conſequ...
ergo res eſt clara,& locus non eſt coniecturis ...
nuus,§.cum ita,cū ibi not.ff.de uerb.obli. Ex p...
itaq; concludo dictū Oliueriū tenori ad ſummi...
menti,& ad æſtimationem illius pluris,ſecūd...
iudicatum,& pronunciatum fuit contra ipſum ...
uerium,ſeu Andream illius tutorem,& exequ...
fieri poſſe contra ipſum pupillum,& in eius bon...
luti ſupra declaratum fuit. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Sententia lata per iudicem unius territorij, quando per iu... alterius territorij poſſit exequutioni mādari ſine literis ... iudicis, & quando ſecus.*

2 *Exequutor de quibus exceptionibus cognoſcat, & de quibu...*

3 *Sententiæ exequutio an impediatur per exceptionem, quòd ea ſit lata cum falſo procuratore.*
4 *Sententiæ nullitas impedit illius exequutionem, præterquam in exequutione trium ſententiarum conformium.*
5 *Executor an de nullitate cognoſcat, & ad quem effectum.*
*Procuratoris officium ex diuturna raciturnitate non cenſetur ratificari.*
*Pro mandato ex diuturnitate temporis non præſumitur. Et quan do hoc ſit uerum, & quando ſecus, num. 9. 13. & 15.*
*Emens rem ab aliquo tanquam procuratore alterius ſemper in mala fide fuiſſe præſumitur, niſi de illius mandato appareat.*
*Sententię nullitas prætextu falſi procuratoris, & defectus mandati non poteſt opponi, appellatione interpoſita.*
*Ratificatio ex longitudine temporis præſumitur.*
*Exceptio falſi procuratoris in exequutione ſententiæ quando non poſſit opponi.*
*Exceptio falſi procuratoris oppoſitæ, quando ſit per opponentem probanda, aliàs pro mandato præſumatur.*
*Commiſſio, ſeu mandatum in ſententia iudicis delegati, & compromiſſum in laudo ex diuturnitate temporis in dubio præceſſiſſe præſumuntur, ſi de illis incidenter contra ſententiam, uel laudum opponatur.*

## EPITOME.

SENTENTIAE exequutionem non impediri per exceptionem, quòd ea lata fuerit cum falſo procuratote, in caſu huius conſilij oſtenditur.

## CONSILIVM CIIII.

ILLVD in præſenti cauſa iuris eſſe notiſ-
ſimi exiſtimo, ꝙ † licet ſententia lata per
1 iudicem unius territorij non poſſit ꝑ iu-
dicē alterius territorij exequutioni man-
dari, niſi cū literis, & ad p̄ces iudicis, q̄ ſen
tentiā tulit, ut eſt tex. in l. à diuo pio. §. ſentētiā, ff. de
re iud. ſecus ſine lr̄is, ut in l. properādū, §. ſin aūt reus,
C. de iud. l. 1. ff. de offi. conſul. & c Romana. §. ꝯtrahē-
tes, de fo. cōp. i 6. Tn̄ ſi ille, ad cuius fauorē ſentētia la
ta fuit, agat actione iudicati, hoc eſt actione in factū,
iudex alterius territorij pōt ſine literis primi iudicis,
& ſine illius p̄cibus ſentētiā exeq, nā actionē perſona
lē, quam qs hēt, pōt ubiq; exercere, l. fi. in fi. C. de præ-
ſcrip. long. temp. ita hr̄ per Bar. in d. l. à diuo pio. §. ſen
tentiā, & hr̄ in d. l. properādū, & in locis p̄allegatis. Et
hæc eſt utilitas, q̄ oritur ex hoc, ꝙ ex ſentētia oriatur
actio in factū, uel iudicati, ac ēt officiū iudicis nobile,
quia mercenarium finitū fuit lata ſententia, l. iudex
poſtq̄. ff. de re iud. cū not. ꝑ Bar. in d. §. ſentētiā. ¶ Nō
2 vr̄ etiam eē dubitādum, ꝙ † iudex, corā quo petitur
exequutio, p̄t cognoſcere de exceptionibus, q̄ ſolum
exequutionē reſpiciūt, nec infringūt ſentētiam, ut ꝙ
non exigatur ultra, quā facere poſſit, ꝙ ſentētia non
trāſiuerit in rem iudicatam, & ſimilia. l. pen. ff. de cō-
feſſ. cū ibi. not. Sed de exceptionibus merita cāę prin-
cipalis reſpicientibus nō p̄t cognoſcere, d. l. pen. & p̄-
ſertim, ſi de illa per iudicē cāę cognitū fuit, Bar. in d.
§. ſentētia, qđ quidē intelligitur tæcitè, ſiue expreſsè,
3 ut ibi ꝑ Bar. ¶ Sed dubiū remanet in hac cā, † an exe-
quutio ſentētiæ poſſit impediri, opponēdo exceptio-
nē falſi procuratoris, cū ſententia lata cū falſo procu-
tatore ſit ipſo iure nulla, & de nullitate ſententiæ, &
proceſſus q̄ncūq; dici poſſit, l. licet. C. de procurat. &
4 c. iri noſtra, extra eo. tit. Et † nullitas ſententiæ impe-
dit illius exequutionē, niſi peteretur exequutio triū
ſententiarum conformium, ut in clem. 1. de re iudic.
5 cum ibi not. Et uidetur, ꝙ † exceptio nullitatis poſſit
opponi, & de illa cognoſci per exequutorē, ut dicit
Bar. in d. l. à diuo pio, in prin. in penul. col. inquiens,
iudicem exequentē poſſe cognoſcere de exceptione
nullitatis prætextu falſorū inſtr̄orum, uel falſi pro-
curatoris, non ut pronunciet non eſſe exequendam
r̄one nullitatis, ſed ſi uiderit dictas exceptiones eē ue-
ras, ut ſuper exequutione ſuperſedeat, & remittat ad
iudicem primum ordinarium, d. l. à diuo pio. §. ſen-
6 tentiā, & ibi Bar. Secundo † hoc in terminis uoluit
Bal. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtrum. qui dicit, ꝙ ſi condem-
natus non appellauit, & ꝯn̄r ratum non habuit offi-
cium iudicis, nec procuratoris iuxta l. cum minor,
in fi. ff. rem rat. hab. & Bal. in d. l. 2. ibiq; Salic. ſed per
multum tempus ſiluerit, ex hac diutina taciturnitate
non uidetur habuiſſe ratum officium procuratoris.
Vnde ſententia pōt perpetuo dici nulla etiam uſque
ad mille annos, ex quo non conſtat de mādato, argu-
mento not. in c. cum in iure peritus, de offi. deleg. & l.
7 cum ex iniuria. C. de falſis. Vnde † dicunt docto. cōi-
ter, ut habetur per Alex. in l. qui in aliena. in 3. col. ff.
de acq. hæred. & in l. ſciendū, de uerb. obli. & per Bar.
in l. 1. col. 1. C. de rebus alien. non alien. & allegat. l. fi.
ff. pro empto. ꝙ ex diuturnitate tp̄is non pręſumitur
pro mandato, & faciunt not. per Bart. in l. cum uir. ff.
8 de uſucap. & in l. qui fundum, in fi. ff. pro empto. † ꝙ ſi
quis uendit rem tāquam procurator alterius, niſi de
mādato appareat, ſemper emptor in mala fide fuiſſe
præſumitur, & hoc idem ponit Fel. in c. quod ſicut, de
re iud. ¶ Cæterum his nō obſtātibus, contrarium eſſe
uerius de iure exiſtimo, & oſtendo primo, q̄m licet
aliàs in dubio non præſumatur pro mādato, ut ſupra
9 dictū eſt, tamen † hoc eſt uerum, quādo principaliter,
de mādato opponeretur, & ita intelligātur prædicta,
ut quia principaliter opponeret̄ cōtra id, quod quis
fecit, ut procurator, & ſic principaliter contra procu
ratorem, ꝙ non haberet mādatum, nam tunc ex diu-
turnitate temporis nō præſumeretur, ut in locis p̄al-
legatis. Secus, ſi ſimus in ijs, in quibus aliàs ex diutur-
nitate temporis præſumitur, quia ſi de illis conſtet,
præſumētur omnia ritè, & rectè facta, & omnia ne-
ceſſaria præparatoria, ac fundamēta interueniſſe, ui-
delicet mādatū, cōmiſſio, ſeu cōpromiſſum: ita tra-
dit Fel. in d. c. quod ſicut, in fi. 2. limitat. per nota. per
Cald. in conſi. 5. de arbit. & per Anto. de Butr. in cōſi.
24. Et ꝯn̄r q̄n de mandato procuratoris, uel alterius
incidenter opponeretur, non contra id, quod procu-
rator fecit, ſeu contra procuratorē, ſed contra aliud,
ut contra ſentētiam iādiu latā, & pro qua ex diuturni-
tate tp̄is præſumitur, q̄n de ea apparet, iuxta ea, q̄ ha-
bentur per Inno. & alios in d. c. quod ſicut, & in c. q̄m
cōtra, de probat. tūc ſi contra ſententiā, uel eius exe-
quutionem, de nullitate opponatur, propterea, quia
fuit lata contra falſum procuratorē, ex diuturnitate
tp̄is mādatum interueniſſe præſumetur, ad quod fa-
ciunt not. per Sozi. in conſi. 46. col. penul. uolumi. 3.
10 ¶ Secundo † ex quo per partem aduerſam fuit exce-
ptum de appel. iamdiu interpoſita, & ipſa nūc denuo
appellauit à dicta ſentētia, cuius exequutio petit̄, ex
hoc dicitur ratificaſſe officium procuratoris, quāuis
non ſententiā, l. cum minor, in fi. ff. rem rat. hab. glo.
in l. licet, ibiq; docto. C. de procu. Card. in clemen. 1.
de re iud. Bald. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtrumen. & eſt com
munis concluſio. Et ita Bald. ibi præſupponit, ꝙ in-
terpoſita appellatione non poſſit opponi de nullita-
te ſententiæ prætextu falſi procuratoris, & defectus
11 mandati. ¶ Tertio † ex longitudine temporis præſu-
mitur ratificatio, l. filius, C. de peti. hæred. Angel. in l.
ſciendum, ff. de uerbo. obligatio. & ibi Alexan. item
p̄ſumitur ſcientia illius, qui debebat iubere, & man-
dare, l. q in aliena. ff. de acq. hæred. & Sozi. in d. cōſil.
12 46. in fi. ¶ Quarto † aut pars oppoſuit hanc exceprio-
nem falſi procuratoris, & de ea fuit cognitum in cau
ſa principali, & corā iudice, qui ſententiam tulit, &
tūc in exequutione nō p̄t amplius de illa opponi nec

cognoſci

cognoſci,Bar. in d.l.à diuo pio, §.ſententiam in pen.
13 colū.& ſupra dixi : aut † non fuit aliter oppoſitū,nec
cognitum,& ſic pars admiſit aliquem, ut procurato-
rem uſq; ad litem conteſtatam, & cōſequenter uide-
tur eum poſuiſſe in quaſi poſſeſſione officij procura-
toris,& ex hoc præſumitur fuiſſe procurator,uel ſaltē
hæc quaſi poſſeſſio transfert in admittentem,ſeu op-
ponentem onus probandi,ꝙ ille fuerit falſus procu-
rator, ut uolunt cōiter doct.poſt glo.ueluti refert, ac
ſequitur Alex.in d.l.licet,qui dicit Pau.de Caſt.malè
loqui dicentem,ꝙ hoc caſu præſumitur pro manda-
to, & onus probandi transfertur in opponentem de
mandato,& in eum,qui illum in procuratorem ad-
miſit,ut ſupra,quando hæc exceptio opponeretur ad
impediendum proceſſum, ſecus ſi lite iam finita per
ſententiam condemnatoriam, reus in exequutione
ſententiæ actori opponeret, ſententiam fuiſſe latam
cum falſo procuratore,tunc enim iam proceſſu expe
dito opponens non habet neceſſe probare, procura-
torem fuiſſe falſum,ſecus,quādo opponendo impe-
dit proceſſum,nam tunc opponens hanc negatiuam
probare deberet:& ꝯñr Alex.in d.l.licet,uoluit,quòd
ubicūq; procurator fuit admiſſus uſq; ad lit.conteſt.
ſi opponatur de non mandato,& de falſo procurato
re,uel ad impediendum proceſſum,uel ad impedien
dam exequutionem ſententiæ, opponens debet hāc
negatiuam probare,propter quaſi poſſeſſionem ſu-
pradictam,quæ facit mandatum præſumi, & ut onus
probandi hanc negatiuam in aduerſarium opponen
tem transferatur: & quid magis admittitur inciden-
ter,quā principaliter,ut no.in clem.2.de iudi cum ſi.
14 ¶Confirmantur prædicta, nā † qñ incidenter oppo-
nitur,de cōmiſſione,& mandato facto iudici delega
to,uel de cōpromiſſo contra ſentētiā iudicis,uel lau-
dū,eorūq; exequutionem,ſi conſtat, de ſententia, &
de laudo,ac elapſum fuit lōgū tp̄s,pro quib[9] in dubio
præſumitur,cōmiſſio quoq; mādatū, & cōpromiſſū
præceſſiſſe præſumuntur, Io. de Imo.in c.cū in iure
peritus de off.deleg.& Bal.in cōſi.incipien.qa ex pri-
uilegio,& ad idē adduco tex.in d.l.qui in aliena,ff.de
acq.hæred.ubi iuſſus patris.in aditione hæreditatis fa
cta à filio præceſſiſſe p̄ſumitur, quia de defectu illius
opponebatur incidenter,hoc eſt ad uitiādā,& annul-
landā aditionem hæreditatis. ¶Non obſtāt allegata
ſupra in contrarium,& in primis ea,quæ dicit Bart.in
d.§.ſentētiam, quia fateor, ꝙ iudex exequens pōt de
exceptione nullitatis cognoſcere, & uidens illam ob
ſtare, ut quia fuerit ꝑ opponētē probata, debebit ad
primū iudicē remittere, ſed in caſu nr̄o non pōt op-
poni,quia opponēs,quātum in eo fuit,appellauit, ut
ſupra dixi,ergo &c.Pręterea ex quo incidenter,& nō
principaliter opponitur de falſo ꝓcuratore, in dubio
ex diuturnitate tp̄is pro mādato præſumit̄,& ideò ni-
ſi contrariū fuerit ab opponente probatū, non dicit̄
iudici conſtitiſſe.Vltimo ex quo in prima inſtātia ta-
lis procurator fuit admiſſus, ut patet ex ipſa ſentētia,
& ꝯñr admittēs uidetur eum in quaſi poſſeſſione of-
ficij procuratoris poſuiſſe,onus probandi illum fuiſſe
falſum procuratorem dicitur in opponētē translatū,
& ideò cum hoc non probauerit, debet ſuccūbere ꝑ
ſupradicta.¶Non obſtāt no. per Bal. in d.l.2. C.ſi ex
fal.inſtrum.quia reſpondetur primo,ipſum loqui,qñ
prius per opponentem, ſeu condemnatū non fuiſſet
appellatum,ſecus ſi fuiſſet appellatum,ut factum fuit
in caſu noſtro, & pars aduerſa conata fuit oſtendere,
15 & uelle facere.Secundo Bal.loquitur, † quando con
ſtaret,& clare appareret, quòd procurator fuiſſet fal-
ſus,& non conſtaret de mandato, ut quia hoc fuiſſet
probatum, ſed nos loquimur,quando pro mandato
præſumeretur,& ſic quando eſſemus in dubio,quo in
caſu in dubio præſumitur pro mandato,qua[...]
illo incidenter opponitur,ut ſupra,item qua[...]
fuiſſet admiſſus ut procurator uſq; ad litem c[...]
tam, ut dixi, nam tunc non dicitur non con[...]
mandato,immo illud præſumi dicitur,ergo B[...]
loquitur in caſu noſtro, ſed quando de mand[...]
conſtaret, quia probatum fuit per procurato[...]
ille fuiſſet falſus procurator,in caſibus,in quib[...]
ſumptio eſſet contra opponentem,uel quand[...]
cipaliter de mandato opponeretur, quo caſu [...]
ponente præſumitur,nam tunc diceretur,de m[...]
dato conſtare,ergo ſecus in alijs caſibus per ſ[...]
cta.Ex quibus concludendum eſſe magis exi[...]
in caſu, de quo agitur,ſententiæ exequutio pe[...]
ptionem falſi procuratoris oppoſitam imped[...]
poſſit. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Petitio, & accuſatio facta de certa quātitate,& plus,[...]*
*prout probari contigerit,tanquam dubia ex proceſſu[...]*
*tionibus poſtea factis declaratur adeò,quòd ſolum [...]*
*claratam,& petitam continere dicitur.*
2 *Clauſula decreti irritantis inducit formam ſubſtantia[...]*
*omiſſio,& inobſeruantia ipſo iure annullat, quicqu[...]*
*ctum eſſet.*
3 *Etiam ſi partes ambæ conſenſiſſent,& renunciaſſent.*
4 *Sententia lata à iudice,qui ſolum de certa ſumma [...]*
*teſt,etiam ſi ſummam permiſſam contineat,eſt [...]*
*articuli, & probationes maiorem continent.*
5 *Iudex quando ex ſtatuto ſolum ſuper certa ſumma [...]*
*ſi ſuper maiori fuerit proceſſum,an fieri poſſit,ut [...]*
*per minori ſumma in maiori comprehenſa ualeat.*
6 *Teſtes de maiori ſumma deponentes non probant de m[...]*
7 *Sententia lata ſine probationibus eſt inualida, & iniu[...]*
8 *In maiori ſumma non ineſt minor,quando de forma ali[...]*
*agitur.*
9 *Clauſula non ſe aſtringens &c. in articulis appoſita,[...]*
*retur.*
10 *Proteſtatio contraria facto,& ſtatuto non releuat proteſ[...]*

EPITOME.

SENTENTIAM latam à iudice habente p[...]
tem ex ſtatuto ſolum uſq; ad certam ſummam [...]
dendi,& cognoſcendi cum clauſula decreti [...]
tis,ſi aliter fieret, non ualere, etiam ſi ſumma[...]
miſſam dūtaxat cōtineret, & agens proteſta[...]
ſolum uelle eam ſummam conſequi, quan[...]
tio, articuli,& probationes maiorem ſumm[...]
prehenderent, hic habetur.

## CONSILIVM CV.

VIso proceſſu in cauſa accuſation[...]
tæ ſuper damno dato per magiſt[...]
donem contra Petrum,& maxime[...]
cuſatione, in qua petitum, & æſti[...]
fuit damnum ſolidis uiginti, & plus, & minus[...]
1 probari contigerit, in primis dicendum eſt, [...]
petitio tanquam dubia uenit poſtea declarā[...]
ceſſu cauſæ,& ex probationibus poſtea factis [...]
illud cenſetur petitum,quod poſtea ex proc[...]
probationibus declarabitur iuxta tex. cū ibi [...]
Barto.in l.ſi quis intentione ambigua, ff. de [...]
in caſu noſtro tàm ex articulis accuſatoris,q̄ [...]
teſtium conſtat de damno maioris ſummæ li[...]
gintiquinq;, quia articulatum fuit de ſumma [...]
librarum quinquaginta, & ultra, & per teſtes [...]
ſumma maiori probatum fuit, ergo hæc ſum[...]
ior librarum uigītiquinq; dicitur petita,& de[...]
ſatio formata, & ſuper huiuſmodi damno [...]
ſummæ corā iudice Vrſi proceſſus factus fuit[...]
bus infertur,ꝙ ꝓceſſus coram dicto,domin[...]